

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

omnē libellus quidā qui in transmarinis partibus habetur famosus. sed et **Vincētius** beluacē in speculo suo historiali li. xxij. ca. xxxij. et sequentibus multis. diffuse tradit admodum et copiose. ex quibus que sequuntur cōpendiosius sunt extracta. atq; in ordinē historie redacta. **Fuit** siquidem vir quidā in Arabia. cui nomen abdimenech. sarracenus genere siue Agarenus. Nam sarraceni proprie sunt agareni. utpote nō ex sara legitima cōsorte et cōthorali abrahe. sed ex agar eius cōcubina descendentes. ex progenie scz ysmahelis. vnde et ysmahelite etiam dicuntur. cuius manus ut liber Geneleos testatur cōtra omnes et manus omnium cōtra eū. **Hic** ergo Abdimenech uxore sui ritus et cultus accepit. Nam venerē uti ceteri arabes colebat. Ex qua filiū genuit. nomen illi imponens **Machomet**. qd̄ interpretatū cōfusionē faciens p̄loqui. congruo certe p̄sagio et impositū qui sibi suisq; p̄petuā cōpararet cōfusionē. **Hūc** diem natiuitatis machometi solemnem habēt sarraceni. et p̄ dies septem cōtinuos venerantur. crapulis et cōmessationibus rebusq; venereis vacantes singulis ānis. **Ceterū** natus machomet. paulo post utroq; orbatus parente. pupillus et orphanus mansit. cuius miseris patruus suus cognomento abdemutalla. in tutelā et curā eū suscepit. educavitq; in Arabia in loco quōdam cui nomen **Salingia**. **Coluit** et ipse machomet ydola cū omni domo et generatione sua. **Cūq;** iam infantilem excessisset etate iuuenis factus. cuiusdam nobilis et p̄diuitis matrone vidue nomine **Cadigan** famulus effectus est. cū camelis eius et asinis in **Syriam** et alia loca finitima merces deferēs. donec tandē eā suo captā amore. et calliditate seductā duxit uxore. **Verū** etiā legitur qd̄ a primenua sua etate mercator fuerit. atq; cū camelis suis in egiptū et palestina cū iudeis et xp̄ianis pergēs. ab eis vetus et nouū didicerit testamentū. atq; magus p̄fectissim⁹ euaserit. **Et** dū sic discurrens corozainam ingrediētur puincia. cui **Cadigan** q̄ supra dñabatur. et diuersas species aromaticas ad eā crebro afferret. cepit ei mulier ipsa familiarius adherere. quā ipse incantationū suarū p̄strictam fantasmate cepit paulatim in errorem inducere. asserens qd̄ ipse esset summus propheta et nūcius dei. **Suffragabantur** autē verbis eis tā incantationū p̄stigia q̄ sue calliditatis ingenia copiosa. **Qua** opinione potens mulier adeo decepta fuit. qd̄ cū vidua esset eū sibi assumpsit maritū. et omnia sua ei tradidit bona. **De** hoc ipse machomet in alforano suo testatur. scribens deū sibi dixisse in hęc verba. **Nōne** tu fuisti orphanus. et collectus es in errore. et iustificatus es. pauper. et ditatus es.

De detestabili vita et cōuersatione machometi **Secūm Capitulū**